

## Offertorium

**Pérfice gressus meos in sémitis tuis, ut non moveántur vestígia mea: inclína aurem tuam, et exáudi verba mea: mirífica misericórdias tuas, qui salvos facis sperántes in te, Dómine.**  
*(Ps 16:5; 16:6-7)*

## Secreta

**Oblátum tibi, Dómine, sacrificium, vivíficet nos semper et múniat.**

## Præfatio de sanctíssima Trinitate


**Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Filio tuo et Spíritu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in unius Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spíritu Sancto sine differentia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes: Sanctus.**

## Communio

**Introíbo ad altáre Dei, ad Deum, qui lætíficat iuventútem meam.** *(Ps 42:4)*

## Postcommunio

**Súplices te rogámus, omnípotens Deus: ut, quos tuis réfícis sacraméntis, tibi étiam plácitis móribus dignánter deservíre concédas.**



## OFERTORIUMAS

Ištobulink mano žingsnius tavo takuose, kad mano pėdos nebūtų [iš tavo takų] išstumtos; palenk savąją ausį ir išklausyk mano žodžius; parodyk savo nuostabųjį gailėstingumą, [Tu], kuris išganai tavimi besiviliančius, Viešpatie.  
*(Ps 16:5; 16:6-7)*

## SEKRETA

Viešpatie, tegu Tau pasiūsta auka visada mus atgaivina ir sutvirtina.

## ŠVČ. TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubinai ir Serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

## KOMUNIJA

Žengsiu prie Dievo altoriaus – pas Dievą, kuris džiugina mano jaunystę. *(Ps 42:4)*

## POSTKOMUNIJA

Nuolankiai tavęs maldaujame, Visagalis Dieve, kad tiems, kuriuos savaisiais sakramentais atgaivina, leistum tau įtinkančiais būdais vertai tarnauti.

## Proprium Missæ

# DOMINICA SEXAGESIMÆ VI SEKMADIENIS IKI KANČIOS LAIKO



## Introitus

**Exsúrge, quare obdórmis, Dómine? exsúrge, et ne repéllas in finem: quare fáciem tuam avértis, oblivísceris tribulatiónem nostram? adhaesit in terra venter noster: exsúrge, Dómine, ádiuva nos, et libera nos.**

**Ps. Deus, áuribus nostris audívimus: patres nostri annuntiavérunt nobis.** *(Ps 43:23-26, Ps 43:2)*

## Collecta

**Deus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra actióne confídimus: concéde propítius; ut, contra advérsa ómnia, Doctóris géntium protectióne muniámur.**

## Epistola

*Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corinthios (2 Cor 11:19-33; 12:1-9)*

**Fratres: Libénter suffértis insipiéntens: cum sitis ipsi sapiéntes. Sustinétis enim, si quis vos in servitútem rédigit, si quis dévorat, si quis áccipit, si quis extóllitur, si quis in fáciem vos cædit. Secúndum ignobilitátem dico, quasi nos infirmi fuérimus in hac parte. In quo quis audet, - in insipiéntia dico - áudeo et ego: Hebraei sunt, et ego: Israelítæ sunt, et ego: Semen Abrahæ sunt, et ego: Ministri Christi sunt, - ut minus sápiens dico - plus ego: in labóribus plúrimis, in carcéribus abundántius, in plagis supra modum, in mórtibus frequénter. A Iudæis quinquies quadragénas, una minus, accépi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidátus sum, ter naufrágium feci, nocte et die in profúndo maris fui: in itinéribus sæpe, perículis flúminum, perículis latrónum, perículis ex génerē, perículis ex géntibus, perículis in civitáte, perículis in solitúdine, perículis in mari, perículis in falsis frátribus: in labóre et ærúmna, in vigíliis**

## INTROITAS

Kelkis, kodėl miegi, Viešpatie? Kelkis ir neatstumk [mūsų] visiškai; kodėl nusuki savąjį veidą, užmiršti mūsų vargą? Prilimpa prie žemės mūsų pilvai; pakilk, Viešpatie, padėk mums ir išlaisvink mus.

**Ps. Dieve, savo ausimis girdėjome, mūsų tėvai [tai] mums paskelbė.** *(Ps. 17, 5-6 ir 7; Ps. 17, 2-3)*

## KOLEKTA

Dieve, kuris matai, kad mes jokių savo veiksmu nepasitikime, maloningai suteik, kad kovoje su priešiškuomais būtume sutvirtinti tautų Mokytojo globa.

## EPISTOLĖ

*Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Korintiečiams. (2 Kor 11:19-33; 12:1-9)*

Broliai, juk, būdami protingi, jūs mokate mielai pakęsti paikuosius. Beje, jūs ir pakenčiate, kai jus pavergia, kai apyryja, kai apiplėšia, kai puikuoja, kai užgauna per veidą. Savo gėdai sakau, kad mes buvome per silpni taip su jumis elgtis. Bet jei kas drįsta kuo nors didžiutis, – tai sakau iš kvailumo, – drįsti ir aš. Jie žydai? Ir aš. Jie izraelitai? Ir aš. Jie Abraomo palikuonys? Ir aš. Jie Kristus tarnai? Iš kvailumo sakau: aš juo labiau! Aš daug daugiau įdėjau triūso. Kur kas daugiau kalėjau. Esu gavęs nepalyginti daugiau rykščių ir daugel kartų buvęs mirties pavojuje. Nuo žydų gavau penkis kartus po keturiasdešimt be vieno kirčio. Tris kartus gavau lazdy, vieną kart buvau apsvaidytas akmenimis. Tris kartus pergyvenau laivo sudužimą, ištįsą parą plūduriavau atviroje jūroje. Dažnai būdavau kelionėse, upių pavojuose, pavojuose nuo plėšikų, pavojuose nuo savo tautiečių, pavojuose nuo pagonių, miesto pavojuose, dykumos pavojuose, jūros

multis, in fame et siti, in ieiúniis multis, in frigóre et nuditatē: præter illa, quæ extrínsecus sunt, instántia mea cotidiána, sollicitúdo ómnium Ecclesiárum. Quis infirmátur, et ego non infirmor? quis scandalizátur, et ego non uror? Si gloriári opórtet: quæ infirmitátis meæ sunt, gloriábor. Deus et Pater Dómini nostri Iesu Christi, qui est benedíctus in saecula, scit quod non méntior. Damásci præpósitus gentis Arétæ regis, custodiébat civitátem Damascenórum, ut me comprehénderet: et per fenéstram in sporta dimíssus sum per murum, et sic effúgi manus eius. Si gloriári opórtet - non expedit quidem, - véniam autem ad visiónes et revelatiónes Dómini. Scio hóminem in Christo ante annos quatuórdecim, - sive in córpore néscio, sive extra corpus néscio, Deus scit - raptum huiúsmodi usque ad tértium coelum. Et scio huiúsmodi hóminem, - sive in córpore, sive extra corpus néscio, Deus scit:- quóniam raptus est in paradisum: et audivit arcána verba, quæ non licet homini loqui. Pro huiúsmodi gloriábor: pro me autem nihil gloriábor nisi in infirmitátibus meis. Nam, et si volúero gloriári, non ero insípiens: veritátem enim dicam: parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut áliiquid audit ex me. Et ne magnitúdo revelatiónum extóllat me, datus est mihi stímulus carnis meæ ángelus sátanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dóminum rogávi, ut discéderet a me: et dixit mihi: Súfficit tibi grátia mea: nam virtus in infirmitáte perficitur. Libénter ígitur gloriábor in infirmitátibus meis, ut inhábitet in me virtus Christi.

### Graduale

Sciant gentes, quóniam nomen tibi Deus: tu solus Altíssimus super omnem terram.  
V. Deus meus, pone illos ut rotam, et sicut stípulam ante fáciem venti. (Ps 82:19; 82:14)

pavojuose, pavojuose nuo netikrų brolių. Man teko daug triūsti ir vargti, dažnai budėti naktimis, badauti ir trokšti, dažnai pasninkauti, dažnai kęsti šaltį ir nuogumą. Be kita ko, kasdien esu žmonių apgultas, rūpinuosi visomis bendrijomis. Jei kas silpsta, ar aš nesilpstu? Jei kas piktinasi, ar aš nedegu apmaudu?! Jei reikia girtis, girsiuosi savo silpnumu. Viešpaties Jėzaus Dievas ir Tėvas, kuriam šlovė per amžius, žino, kad nemeluojau. Damaske karaliaus Areto etnarchas saugojo damaskiečių miestą, norėdamas mane suimti, bet aš buvau pro langą nuleistas pintinėje per mūrą ir tik taip ištrūkiau iš jų nagų. Jei reikia girtis (nors iš to jokios naudos), eisiu prie Viešpaties regėjimų ir apreiškimų. Pažįstu žmogų Kristuje, kuris prieš keturiolika metų, – ar kūne, ar be kūno – nežinau, Dievas žino, – buvo pagautas ir iškeltas iki trečiojo dangaus. Ir žinau, kad šitas žmogus, – ar kūne, ar be kūno – nežinau, Dievas žino, –buvo paimtas į rojų ir girdėjo slaptinius žodžius, kurių nevalia žmogui ištarti. Štai tokiu žmogumi pasigirsiu, o savimi nesigirsiu, nebent savo negalėmis. Jei panorėčiau girtis, nebūčiau neprotingas, nes kalbėčiau tiesą. Bet aš susilaikau, kad kas nors apie mane nepagalvotų daugiau negu tai, ką manyje mato ar iš manęs girdi, taip pat dėl nepaprastų apreiškimų. Taigi, kad neišpuikčiau, man duotas dyglys kūne, šėtono pasiuntinys, kad mane smūgiuotų ir neišpuikčiau. Todėl aš jau tris kartus maldavau Viešpatį, kad atitolintų jį nuo manęs. Bet man atsakė: „Gana tau mano malonės, nes mano galybė geriausiai pasireiškia silpnume“. Todėl aš mieliausiu noru girsiuosi silpnumais, kad Kristaus galybė apsigyventų manyje.“

### GRADUALAS

Težino pagonių tautos, kad tavo vardas – Dievas; tu vienintelis Aukščiausiasis virš visos žemės.  
V. Mano Dieve, išblaškyk jas kaip lapus sukuryje, kaip ražieną priešais vėjo veidą. (Ps 82:19; 82:14)

### Tractus

**Commovísti, Dómine, terram, et conturbásti eam.**  
V. Sana contritiónes eius, quia mota est.  
V. Ut fúgiant a fácie arcus: ut liberéntur elécti tui. (Ps 59:4; 59:6)

### Evangelium

*Sequéntia sancti Evangelii secundum Lucam (Luc 8:4-15)*  
**In illo témpore: Cum turba plúrima convenírent, et de civitátibus properárent ad lesum, dixit per similitúdinem: Exiit, qui séminat, semináre semen suum: et dum séminat, áliud cécidit secus viam, et conculcátum est, et vólucres coeli comedérunt illud. Et áliud cécidit supra petram: et natum áruit, quia non habébat humórem. Et áliud cécidit inter spinas, et simul exórtæ spinæ suffocavérunt illud. Et áliud cécidit in terram bonam: et ortum fecit fructum céntuplum. Hæc dicens, clamábat: Qui habet aures audiéndi, audiat. Interrogábant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parábola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mystérium regni Dei, céteris autem in parábolis: ut vidéntes non videant, et audientes non intéllegant. Est autem hæc parábola: Semen est verbum Dei. Qui autem secus viam, hi sunt qui áudiunt: déinde venit diábolus, et tollit verbum de corde eórum, ne credéntes salvi fiant. Nam qui supra petram: qui cum audierint, cum gáudio suscipiunt verbum: et hi radíces non habent: qui ad tempus credunt, et in témpore tentatiónis recédunt. Quod autem in spinas cécidit: hi sunt, qui audiérunt, et a sollicitudínibus et divítiis et voluptátibus vitæ eúntes, suffocántur, et non réferunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt, qui in corde bono et óptimo audiéntes verbum rétinent, et fructum áfferunt in patiéntia.**

### TRAKTAS

Sujudinai, Viešpatie, žemę ir ją supurtei.  
V. Išgydyk jos žaizdas, nes [ji] yra sujudinta.  
V. Kad pabėgtų nuo lanko šūvio; kad būtų išlaisvinti tavo išrinktieji. (Ps 59:4; 59:6)

### EVANGELIJA

*Šventosios Evangelijos pagal Luką tęsinys (Lk 8:4-15)*  
Anuo metu susirinkus gausiai miniai ir žmonėms dar skubant iš visų miestų pas Jėzų, jis bylojo palyginimu: „Sėjėjas išsirengė sėti javų. Jam sėjant, vieni grūdai nukrito pakelėje, buvo sumindžioti, ir dangaus sparnuočiai juos sulesė. Kiti nukrito ant uolų, ir jų daigai sudžiūvo, nes trūko drėgmės. Dar kiti nukrito tarp erškėčių, ir tie, kartu išaugę, juos nusmelkė. O dar kiti nukrito į gerą žemę ir išaugę davė šimteriopą derlių“. Tai papasakojęs, jis sušuko: „Kas turi ausis klausyti – teklauso!“ Jo mokiniai paklausė, ką reiškias tasai palyginimas. Jis atsakė: „Jums duota pažinti Dievo karalystės paslaptis, o kitiems jos skelbiamos palyginimais, kad regėdami nematytų ir girdėdami nesuprastų“. Palyginimas štai ką reiškia: sėkla yra Dievo žodis. Pakelėje – tai tie, kurie klausosi, paskui ateina velnias ir išrauna žodį iš jų širdies, kad jie netikėtų ir nebūtų išgelbėti. Ant uolų – tie, kurie, išgirdę žodį, su džiaugsmu jį priima, bet neturi šaknų kurį laiką jie tiki, o gundomi atkrinta. Kas krito tarp erškėčių, – tai tie, kurie išgirdo, bet tolyn eidami liko nusmelkti rūpesčių, turtų ir gyvenimo malonumų ir neduoda vaisiaus. Nukritusi į gerą žemę sėkla – tai tie, kurie klauso žodžio, išsaugo jį taurioje ir geroje širdyje ir duoda vaisių kantrumu.“